40 C. de Episcopis, & Cler. Bart. in l. *Sunt quoque n. 4. ff. de her. instit. effect enim omnino contra jurisdictionis naturam, ut per illam orationem, volentes, & etiam ordinantes, restitueretur dispositio, quæ ex vi verborum ampliari deberet, & contra regulam l. legata instituit ff. de adm. leg. l. Titia, §. fin. de manum. testam. & l. Quod favore, C. de leg. cum concord. præsertim quia novatio privilegii non præsumitur, nisi de illa expresse caveatur, Anchar. conf. 161. n. 5. & latius Menoch. conf. 202. n. 13. & seq. etiam si posterior concessio magis, vel minus contineat, quam prima, Menoch. ibid. n. 14. Mant. de test. & ambig. convent. lib. 17. tit. 1. n. 18. Et etiam huiusmodi intellectus contra mentem Martini, siquidem est omnino inverisimilis, ut instante Cardinali Lucido pro restitutione privilegii amplissimi, eo quod illius revocatio redundaret in maximum Abbatie detrimentum; Papa, qui in specie asserit se ad hæc moveri tum aliis de causis, tum ob dicti Cardinalis benemerita, non concedat deinde nisi nudam, & purissimam exemptionem absque ulla jurisdictione etiam civili sine beneficiorum collatione, atque aliis pluribus, quæ in priori privilegio continebantur. Quod etiam pugnat cum observantia immediate subsecuta: nam Abbates fuerunt semper in pacifica possessione saltem cognoscendi causas civiles, & criminales, beneficia conferendi, &c. ut probatur inter cetera ex sententia Rotæ, quæ definitur privilegium Bonifacii esse observatum, atque observandum.*

Neque obstat, quod aliis dicta verba volentes, &c. essent superflua, eo quod cum Abbatia esset iam subiecta Sedi Apostolicæ, supervacaneum fuisset illam rursus subijcere. Nam respondetur id vel factum esse ad abundantiorum cautelam, vel quia cum in privilegio Bonifacii nulla fieret expressa mentio de exemptione Abbatis ab oneribus Episcopalibus, superfluum fuit eundem clavis verbis eximere, & quoad hoc immediate subijcere Sedi Apostolicæ. Vel demum quia cum in privilegio Bonifacii subijciatur Sedi Apostolicæ Monasterium, atque illius personæ; poterat dubitari, an per hæc verba Clerici quoque, & populus conferrentur subiecti per ea, quæ habentur in c. *Per exemptionem de privil. in 6. Quæ difficultas fuit sublata per Bullam revocationis Martini V. in qua non modo Monasterium, verum etiam populus, & Clerici spectant Sedi Apostolicæ subijciuntur: ac proinde verba illa volentes, & etiam ordinantes, retinent propriam naturam*

ram etiam quoad hoc, ut novam dispositionem inducant, juxta gloss. in d. cap. fin. in ver. Respondemus de verbor. signifi. in 6. atque aliorum superius citatos.

Postremo quidquid sit de meritis causæ, pro Abbate stat 43 res iudicata, quæ omnem tollit difficultatem. Sed hæc dicta sunt, ut etiam liqueat de non iure Archiepiscopi. Ex quibus videtur respondere. Abbatem esse verè in statu nullius Diocesis. Et ita S. Congregatio respondit, ut dixi in cap. Nullus n. 20. & seq. intra de Paroch. Hodie Ecclesia hæc Castri Durantis est Episcopalis sub titulo Urbane: nam SS. D. N. Urbanus VIII. die 18. Februarii 1636. in Constitutione Ecclesiam S. Angeli in Vado ad Metaurum, quæ nobis patria dilectissima est, & dictam Ecclesiam Castri Durantis in Cathedralis æque principaliter unitas, & utrumque oppidum in civitatem erexit.

Porro Abbates, Priores, Præpositi, & Archiepiscopi, 43 quibus hodie dispensationes, & alia rescripta Apostolica à Dataria, & Cancellaria diriguntur, sunt infra scripti, videlicet.

Abbas Montis Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Capuanæ.

Abbas Monasterii S. Mariz Farfen. Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis in districtu Urbis.

Abbas Monasterii S. Silvestri Terræ Nonantule Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Ravennatensis.

Abbas Monasterii Sanctorum Vincentii, & Anastasii ad Aquas Salvas Cisterciens. Ordinis Trium Fontium nuncupatus prope & extra mœnia Urbis nullius Diocesis.

Abbas Monasterii S. Salvatoris majoris nuncupatus Ordinis S. Benedicti in districtu Urbis nullius Diocesis.

Abbas Monasterii Montis Virginis Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Beneventanæ.

Abbas Monasterii SS. Trinitatis Caven. Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Capuanæ.

Abbas Monasterii S. Christophori Terræ Castri Durantis Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Urbinatensis. Hodie est Cathedralis, ut prædictum.

Abbas Monasterii S. Mariz Oppidi. Pinaroli. Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Taurinensis.

Abbas secularis, & Collegiæ Ecclesiæ S. Petri Oppidi de Lerma nullius Diocesis Provincie Burgen.

Abbas Monasterii S. Mariz de Cadolla nullius Diocesis Provincie Salernitanæ.

Abbas Monasterii S. Michaelis de Cuizano nullius Diocesis Provincie Tarraconensis. S. Benedicti, seu alterius Ord.

Abbas Monasterii de Salagon. nullius Diocesis Provincie Compellitanæ. Ordinis S. Benedicti.

Abbas Monasterii SS. Trinitatis, Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Reghien. hoc Monasterium fuit unum Collegio Græcorum de Urbe, & hodie huic litteræ Apostolicæ non committuntur.

Prior Monasterii per Priorem gubernari soliti S. Laurentii prope Padulam Carthusien. Ordinis nullius Diocesis Provincie Salernitanæ.

Prior Prioratus S. Jacobi de Spatha nullius Diocesis Provincie Compellitanæ.

Prior Prioratus S. Benedicti Militiæ, & Ville de Alcantara nullius Diocesis Provincie Compellitanæ. cui ex indulto Urbani VIII. tantum committuntur Matrimoniales, non autem beneficiales.

Prior Prioratus de Veles nullius Diocesis Provincie Toleranæ.

Prior Prioratus de Magazela militiæ de Alcantara nullius Diocesis Provincie Compellitanæ.

Præpositus Ecclesiæ S. Mariz Terræ Pificæ nullius Diocesis Provincie Florentinæ.

Præpositus Ecclesiæ Beatæ Mariz Terræ Attini nullius Diocesis Provincie Theatinæ.

Præpositus secularis Ecclesiæ S. Deodati Oppidi ejusdem S. Deodati nullius Diocesis Provincie Treverensis.

Archipresbiter secularis, & Collegiæ Ecclesiæ S. Petri Oppidi Aggerin nullius Diocesis Provincie Tarraconensis.

In commissionibus tamen, quæ diriguntur Abbatibus, Prioribus, Præpositis & Archipresbiteribus supradictis non admittitur supplicatio, nisi fuerit concepta his verbis, videlicet: *Supplicavit igitur humiliter S. V. Oratores prædicti, quatenus Abbati Monasterii N. Ordinis sancti N. nullius Diocesis Provincie N. particulare, ac separatim territorium, ac jurisdictionem quasi Episcopalem dicto loco exercere, etiam si de illis personis non sit, quibus similes causæ per Sedem Apostolicam committi consueverunt, committere, & mandare, ut cum eisdem Oratoribus dispenset. Et postmodum eadem verba repetuntur in dispositiva litterarum: exceptis tamen Abbatibus Cassinensibus & Farfensibus, quibus sunt commissiones absque prædicta clausula, & adiecit, *sive ejus Vicario*, quod tamen non fit cum aliis. Abbas verò Sublacensis non recipitur, adnotatur inter alios, & illi non consueverunt committi nisi Matrimoniales &c.*

[Sed quia hodie nonnulli deficiunt, & aliqui sunt, quibus dispensationes Matrimoniales non committuntur, ideo hic inferitur alia notula nuper habita ab officialibus Datarie, videlicet.

Abbatibus Monasterii Montis Cassinensis Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Capuanæ, sive ejus Vicario in spiritualibus generali.

Abbatibus secularis, & Collegiæ Ecclesiæ S. Martini Oppidi ejusdem S. Martini illius Diocesis in districtu Urbis, sive ejus Vicario in spiritualibus generali.

Abbatibus Monasterii S. Mariz Farfen. Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis in districtu Urbis, sive ejus Vicario in spiritualibus generali.

Abbatibus Monasterii S. Salvatoris Majoris Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis in districtu Urbis, sive ejus Vicario in spiritualibus generali.

Abbatibus Monasterii SS. Trinitatis Caven. Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Salernitanæ.

Abbatibus Monasterii S. Scholasticæ Sublacensis Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis in districtu Urbis.

Abbatibus Monasterii Montis Virginis Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Beneventanæ.

Abbatibus Monasterii S. Silvestri Terræ Nonantule Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Ravennatensis.

Abbatibus Monasterii SS. Vincentii & Anastasii ad aquas Salvas Ordinis Cisterciensium trium Fontium nuncupati, nullius Diocesis Provincie Senen.

Abbatibus Monasterii S. Mariz Oppidi Pinaroli Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Taurinensis.

Abbatibus secularis & Collegiæ S. Petri Oppidi de Ler-

ma nullius Diocesis Provincie Burgen.

Abbatibus Majori nuncupato secularis, & Collegiæ Ecclesiæ S. Mariz Majoris ad Nives Urbis Romæ nuncupato Oppido de Oliveris, nullius Diocesis Provincie Hispaniæ.

Priori Monasterii per Priorem gubernari soliti SS. Stephani, & Brunonis de Nemore nuncupati, Carthusianorum Ordinis nullius Diocesis Provincie Iguen. Calahum videlicet, Serre, Spatulæ, Bijungi, Montauri, Casparivæ tantum.

Priori Monasterii per Priorem gubernari soliti S. Laurentii prope Padulam, Carthusianorum Ordinis Abbati S. Mariz de Cadolla, nullius Diocesis Provincie Salernitanæ.

Priori Prioratus de Magazela Militiæ de Alcantara nullius Diocesis Provincie Compellitanæ.

Priori Prioratus de Veles nullius Diocesis Provincie Toleranæ.

Priori Prioratus S. Jacobi de Spatha nullius Diocesis Provincie Compellitanæ.

Præposito secularis, & Colleg. Ecclesiæ S. Mariz Terræ Pificæ, nullius Diocesis Provincie Florentinæ.

Præposito secularis, & Ecclesiæ S. Mariz Terræ Attini nullius Diocesis Provincie Theatinæ.

Officiali Archiepiscopi Tarraconensis in Insula Erice, à Civitate Tarraconensi 200. miliaribus, & ultra distans. Officiali Archiepiscopi in dicta Insula rite deputato, etiam si de illis &c.

Vicario Monasterii Abbatie nuncupate S. Martini Capituli Canonorum Basilicæ S. Petri de Urbe, nullius Diocesis Provincie Theatinæ.

DE FORO COMPETENTI.

Honorius III. Archiepiscopo, Decano, & Archidiacono Turonen.

CAPUT XV.

EX parte B. quondam Angliæ Reginæ fuit propositum, quod cum nobilem virum G. detentorem castri Segrey, ratione dotalitii pertinentis ad ipsam, quo per eum, vel ejus complices contra justitiam fuerat spoliata, autoritate bonæ memoriæ Joannis Papæ prædecessoris nostri coram vobis traxisset in causam: Dictus nobilis excipiendo proposuit, quod litteræ Apostolicæ non valebant, pro eo quod castrum Guargiæ, ubi est ejus domicilium principale, consistit in Diocesi Rodon. quæ ultra duas dietas à Turonis est remota. Verum replicatum fuit ex parte Reginæ, quod idem nobilis Turonis satis poterat conveniri, cum non solum in Rodon. Diocesi, sed etiam in Andegavenfi Diocesi existat, eo quod & castra, & redditus plures habet in ipsa: & castrum, de quo quæstio vertitur, in eadem est Diocesi, quæ à Turon. nequaquam ultra duodecim leucas distat. Idem quoque adjecit, quod cum dicta Regina jus suum coram Domino feudi prosequi debuisset, litteræ Apostolicæ non valebant, cum non faciebant mentionem, quod dominus feudi fuerit requisitus, & ipse in exhibenda justitia extiterit negligens vel remissus: subijciens quod eadem litteræ, falsitate expressa fuerant impetratæ, eo quod suggestum fuerat castrum illud ad eandem Reginam ratione dotalitii pertinere, cum nec ab initio, nec durante Matrimonio, à viro sibi fuerat in donationem propter nuptias assignatum. Ad hoc autem fuit ex parte ipsius Reginæ responsum, quod vidua spoliata, irrequisitus feudi Domino, spoliatores seu detentores rei, coram Ecclesiastico iudice poterat convenire, cuius interest viduas defendere: & infra. Mandamus quatenus si vobis constiterit dictum nobilem, terram & mansionem habere in Andegavenfi Diocesi, in qua interdum consuevit commorari, & ipsam Diocesim ultra duas à Turon. non distare dietas, & in eadem litigiosam rem esse, non obstantibus exceptionibus aliis, quæ in petitorio potius quam in possessorio, (quod Regina contra eundem nobilem intentabat) locum habere videntur, in ipso negotio juxta priorum continentiam litterarum, ratione prævia procedatis.

SUMMARIUM.

- M**iserabilis persona potest laicum interdictio. Unde vi, coram iudice Ecclesiastico convenire, etiam si res subacta dicatur feudalis.
- M**iserabilis persona habet electionem fori, & possunt convenire adversarios suos etiam in Curia Principis.
- P**apa licet sit Ordinarius singulorum, tamen causas ab Ordinariis non avocet sine iusta, & rationabili causa. Et per repositum manu propria signatum, num. 6. & 8.
- D**eus regit infima per inferiores Angelos, media per superiores, summa per seipsum.
- P**apa explet infima per Plebanos, & alios inferiores, media per Episcopos, & summa per seipsum.
- C**ausa miserabilis perque, quae iuxta Canonicas sanctiones

Ex parte. Miserabilis persona potest laicum interdictio. Unde vi, coram iudice Ecclesiastico convenire. Hoc dicit, secundum Joan. Andr. & omnes. Addit Abbas Siculus, etiam res subacta dicatur feudalis.

Nota primo ex hac Decretali miserabilem personam, qualis erat haec vidua Regina Angliae, posse convenire laicum in foro Ecclesiae, etiam si iudex Ecclesiasticus alias in causa illa non sit iudex competens. Concordat textus in cap. Significantiis, inducens illum, ut ibi dixi num. 43. & 62. & 85. supra de officio Delegati. Et in cap. Super quibusdam in fin. ibi, Item viduit, pupillis, orphanis, & personis miserabilibus tenentis in iudicio Ecclesiastico respondere infra de verbis significatiis. habent enim tales electionem fori, & possunt adversarios suos convenire etiam in Curia Principis, praesertim si illorum potentiam perhorrescant, ut est textus celebris in leg. Unica, & ibi scribentes omnes, C. quando imperat. inter pupill. & viduas, & scripsi latissime in dict. cap. Significantiis. Et haec est una ex causis, quae iuxta Canonicas sanctiones in curia sunt tractandae ad praescriptum Concilii Tridentini vers. Ab his excipiantur causa sess. 24. Quomodo respondit Joannes Vantius Episcopus Urbevitanus, qui una cum gravissimis Jurisconsultis, & Rotae Auditoribus a Sacra Congregatione Concilii de mandato fan. mem. Gregor. XIII. hac de re fuit consultus, ut dixi in cap. Licet, it. secundo, a num. 3. maxime num. 35. infra eodem. Nam regulariter non solet Papa se immiscere in causis ad Ordinarios pertinentibus: quamquam enim sit Ordinarius singulorum, nec ulli fas sit illius forum declinare, cap. Cunctis per mundum q. 9. gloss. ult. in dict. c. Licet infra eod. & in cap. Cum nullus in ver. in eadem, de tempor. ordinat. lib. 6. Cum Papae iurisdicção non restringatur ad limites alicujus territorii, ut possit Innocent. in cap. 1. n. 2. & Batr. ibi n. 31. supra de officio delegati. Dicit Marianus Socin. in cons. 237. Difficultatem n. 1. col. 2. tamen causas ab Ordinariis locorum ad se non avocet sine iusta, & rationabili causa, cap. Per principalem q. 9. quasi 3. Idque iure optimo: nam, ut inquit Beatus Dionysius de Ecclesiastica Hierarchia c. 6. Nostra Hierarchia a Deo traditis Ordinibus iuncte disposita sanctis & celestibus Hierarchiis conformis est, & notat Hostiens. in c. Cum contingat n. 6. de stat. & qualitat. Et Ecclesia militans exemplata est divinitus a triumphante, ut dicit gloss. in Clem. fin. in ver. Ecclesie de heretico. Unde quemadmodum Deus optimus maximus regit infima per inferiores Angelos, media per superiores, & summa per seipsum, ut docet S. Thomas, ita Romanus Pontifex, qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terra, & Quamvis de translat. Episc. & de quo tanquam a fonte omnis per Ecclesiam iurisdicção diffunditur, 6. Loquitur Dominus 24. quasi 1. c. 1. 22 dist. Minima explet per Archidiaconos, Plebanos & alios inferiores, c. 1. & c. Ad hac de officio Archidiaconi, cap. 1. & cap. p. ubi de ibi glossa in verbo Sacra de officio Archiepiscopi cum similibus. Media per Episcopos, qui sunt vocati ab Ecclesia Romana in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, c. Qui se fecit, & c. Decretis 2. quasi 6. dixi in c. Perniciosum n. 21. supra de officio Ordinarii. Majora per seipsum, ut c. Nec licet 17. dist. 8. c. Majora de Baptismo, c. 1. de translat. Episc. cum concordantibus. Unde a Tridentina Synodo provisum est, ut causas omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes coram Ordinariis locorum in prima instantia cognoscantur, & terminentur, & si quas

neque fieri debet in Curia, ut valide committatur, an requiratur subscriptio Papae & numerus sequ. usque in finem.

- T**ridentinum Concilium sess. 24. cap. 20. expenditur. Papa subscriptio in causis avocandis ab Ordinariis in prima instantia quando requiratur, ibid. & num. seqq.
- P**upilli causa, maxime supposita perhorrescentia, apud Principem tractari debet.
- C**ausa, in qua agitur de interpretatione litterarum Apostolicarum, apud Sedem esse cognoscendam.
- S**ignatura iustitiae commissio sufficit in causis, quae in Curia tractari debent.

Romanus Pontifex ex urgenti, rationabilique causa duxerit committendas, aut avocandas, id fiat per speciale repositum signaturae Sanctitatis manu subscribendum, ut in Decretis, cap. 20. sess. 24. de quo plura scripsi in c. Licet a num. 30. usque in finem, & in c. Significasti num. 31. infra eodem.

Hic Quirio. An requiratur subscriptio Papae ad hoc, ut causa miserabilis personae, quae iuxta Canonicas sanctiones tractari debet in Curia, valide committatur.

Cum Ludovica de Cortuba esset in possessione hereditatis paterna, Gondolfus de Cardena obijt illi, quod illegitima esset, ac propterea incapax hereditatis, non obstante quod ejus parentes obtinuerint a Clemente VIII. dispensationem ad contrahendum Matrimonium, sed quia quilibet natiuitatis ad sacrorum Canonum praescriptum coram iudice Ecclesiastico duntaxat tractanda erat iuxta constitutionem Alexandri III. relatum in c. Lator, qui filii sunt legitimi. Ludovica minor aetate perhorrescent in partibus linguae cum adversario potenti, obtinuit a Signatura Iustitiae, ut causa in Rota committeretur: cui quidem commissioni adversarius opposuit, quod non fuerit subscripta manu Papae, quemadmodum praescribitur Decreto Concilii Tridentini cap. 20. sess. 24. in causis, quae in prima instantia Summus Pontifex ab Ordinariis avocandas judicaverit, atque hoc praetextu causam ad Concilium Regium deferendam curavit.

Itaque consilium Sacra Congregatio, an ejusmodi commissioni obijci possit vitium nullitatis, propterea quod manu sanctissimi subscripta non fuerit.

Videtur respondendum negativè: nam Decretum d. cap. 20. primo statuit, ut causa ad forum Ecclesiasticum pertinentes coram Ordinariis locorum in prima instantia cognoscantur, & terminentur: deinde excipit duo genera causarum his verbis: Ab his excipienda causa, quae iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem Apostolicam sunt tractandae, vel quas ex urgenti, rationabilique causa judicaverit Summus Romanus Pontifex per speciale repositum signaturae Sanctitatis sua manu propria subscribendum committere, & avocari. Argue ita subscriptio Papae non requiritur, nisi in secundo casu. Praesens autem causa secundum ea, quae proponuntur, apud Sedem tractari debet: atque ita est in primo casu duobus fundamentis.

Primo, quia causa pupilli maxime supposita perhorrescentia apud Principem cognoscenda est, vulgata lege unica, vers. Quid si pupilli, eod. Quando Imperator inter pupillos, ubi in specie Baldus num. 2. cap. Regum 22. quasi 5. Ideoque usus invaluit, ut cause huiusmodi in Rota committantur, ut apud Caputaq. dec. 1. n. 3. de iurisdictione Put. dec. 341. lib. 3.

Secundo, quia cum agatur de interpretatione litterarum Apostolicarum, quibus Clemens VIII. dispensavit inter patrem & matrem Oraticam, ut legitur in commissione: causa apud Sedem tractari debet, ut est textus in cap. Cum venissent de iurisdictione. Sacra Congregatio autem alias animadvertit manum Papae requiri, ubi avocatur causa quae non debet in Curia tractari; at vero in his quae in Curia tractari debent: qualis est praesens causa; dixit sufficere signaturam Iustitiae; idemque a se esse, ut cum causa a signatura Iustitiae in Curia committitur: in litteris generaliter exprimitur causam esse talem, quae iuxta Canonicas sanctiones in Curia tractari debet; idque iussit significari Praefecto signaturae Iustitiae: quod fuit diligenter observatum in Commissionem de qua agitur.

DE

DE FORO COMPETENTI.

Gregorius IX. Abbati Trecon.

CAPUT XVIII.

Significasti nobis, quod P. Clericus ad petitionem C. mercatoris, se tuae iurisdictioni subiecit, si in termino nunc elapso de pecunia mutuata non satisfecisset eadem; & infra. Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod licet privatorum consensus, cum qui iurisdictioni praesse dignoscitur, suum possit iudicem constituere; Clerici tamen in iudicem non suum, (nisi forte sit persona Ecclesiastica, & Episcopi Dioecesani voluntas accedat) consentire non possunt.

SUMMARIUM.

- C**lericus sine Dioecesani licentia non potest se submittere iurisdictioni non sui iudicis.
- A**bbas an habeat iurisdictionem Ordinariam in foro communi, quae prerogativa possit etiam per Clericos seculares & num. seqq. usque ad num. 11.
- I**urisdictionis, verum intelligitur de ordinaria.
- D**ominum in dubio intelligitur de directo, non de utili.
- P**rorogatio cadit super simili specie iurisdictionis, quae prorogatur.
- P**rorogatio iurisdictionis potest fieri etiam in causis spiritualibus, si iudex aliis possit de illis cognoscere.
- P**rorogari non potest de persona ad personam iurisdictionis limitata.
- D**ecretatur, num. 9. & num. 14.
- I**urisdictioni ejus, qui praestit Collegio, est prorogativa.
- P**rorogari potest iurisdictioni ordinaria competens alicui de consuetudine, vel alio iure speciali.
- P**rorogatio iurisdictionis, ut fieri possit a Clerico, quae requiratur & num. seqq. usque ad num. 18.
- P**rorogatio iurisdictionis iudicis non sui, an inducatur ex tacito consensu partium.
- L**aiici potest prorogare iurisdictionem iudicis alieni etiam sine consensu iudicis proprii, Clerici autem non potest & ver. & num. 37.
- P**rorogatio iurisdictionis fieri non potest, nisi in iudicem ordinatum.
- I**urisdictioni delegata non est prorogabilis de persona ad personam, sed bene de re ad rem.
- P**rorogare non potest Clericus iurisdictionem iudicis laici etiam de Dioecesi consensu.
- N**isi in causis merè civilibus.
- P**rorogatio iurisdictionis & delegatio in quibus differant & num. seqq. usque ad num. 23.
- E**piscopus non potest Clericum invitum submittere iurisdictioni alterius Episcopi & num. 30.
- I**n prorogationibus iurisdictionis praesentis & ac-

- ceptantis non est locus penitentiae.
- A**ppellatur a sententia iudicis ex prorogatione iurisdictionis ad illius superiorem.
- I**ntellectus l. Episcopale, C. de Episc. audien.
- A**uditor Camerae an possit cognoscere & terminare in prima instantia causam criminalem Clerici Episcopi subiecti de istius Episcopi consensu & num. seqq. usque in finem.
- P**rorogatio iurisdictionis potest fieri etiam in criminalibus, ubi proceditur per viam accusationis & num. 32.
- E**t quid si procedatur per viam inquisitionis.
- A**d prorogationem iurisdictionis sufficit consensus illius, de cuius praedictio agitur, ibid.
- I**urisdictioni a Concilio Tridentino Ordinariis tributa in prima instantia, censetur alius adempta.
- I**urisdictioni acquiritur devolutione, delegatione & prorogatione.
- D**evolutio iurisdictionis in prima instantia non fit ad Legatos & alios quosvisque vigore facultatum, nisi Episcopo prius requisiti & negligente & num. 33.
- E**piscopus non potest causam committere extra Dioecesim, nisi & litigantes consentiant & num. 31.
- C**ausae etiam criminales ad forum Ecclesiasticum pertinentes in prima instantia cognosci debent coram Ordinariis loci & non coram alio, nisi de istius Ordinarii & partium consensu.
- L**egati & Nuntii possunt procedere in prima instantia Episcopo requisiti & negligente, non autem consentiente.
- N**egligentiam debet praecedere monitio, ut sit locus devolutionis.
- E**t an debeat esse trina, vel sufficiat unica.
- A**rchiepiscopus potest cognoscere causas subditorum suffraganei in prima instantia, negligente, non autem consentiente Episcopo.
- L**aiici in causa spirituali, an possint prorogare iurisdictionem iudicis non sui.

intelligitur de majoritate, ut cap. Si quem infra de sent. excomm. Vocabula enim in potiori significatu sunt accipienda, ut in l. de iure Nationum, §. Sed ius quidem Civile in fine. Verum Hostiensis intelligit hunc Abbatem habuisse iurisdictionem ordinariam de consuetudine, cum inferior de iure communi non habeat contentiosam, cap. Quando de officio Ordinarii; & cum eo transeunt ille Joannes Andreas num. 1. & Barrius in 1. notab. & est verior & magis communis opinio, ut dixi in dicto cap. Hi qua, num. 16. supra de majoritate & obedientia. Atque ita Hostiensis videtur sentire seculi consuetudinem, iurisdictionem Abbatis non esse prorogabilem: quod apertius firmat Petrus de Anchar. num. 1. ea ratione, quia licet Abbas habeat iurisdictionem super Monachos quoad correctionem: tamen quoad extraneas personas & de causa quae non cadit sub eadem specie & qualitate iurisdictionis: non videtur posse cognoscere per modum iurisdictionis prorogatae, quia prorogatio proprie cadit sub simili specie iurisdictionis.

R

ditionis que prorogatur & non quoad aliam dissimilem, ut notatur in lege 1. *cod. de jurisdictione omnium Judicum* & per Cuius in lege testamenta in princ. *cod. de testamentis* ubi argumento illius legis, dicit illam demum jurisdictionem posse in alium Judicem prorogari: quam ille Judex habet in suos subditos; & ideo si quis esset deputatus tantum ad maleficia: non posset quis illius jurisdictionem prorogare ad causas civiles; & sic de similibus. Idem notat Bartolus in lege *Inter convenientes* num. 1. ff. *ad municipal.* dicens prorogationem fieri debere in his que sunt ejusdem speciei; ideoque jurisdictionem in causis pecuniariis prorogari non posse ad causas meri vel mixti Imperii; & hanc esse communem conclusionem: em testatur Abbas in cap. P. & G. num. 15. *versiculo Venio ad 6 sententiam de Officio Delegati*; & sequitur Rota apud Cardin. Seraph. *decis.* 436. num. 3. Et quamvis prorogatio fieri possit etiam de causis spiritualibus: oportet tamen ut Judex sit talis qui alias possit de illis cognoscere, ut notat Innoc. in cap. *De causis* num. 3. & 4. *de Officio Delegati*. Facit quod notat Cuius in lege 1. num. 2. *versiculo Præterea est alia ratio, cod. de jurisdictione omnium Judicum*, ubi dicit jurisdictionem limitatam nec de Jure Civili nec de Jure Canonico posse prorogari de persona ad personam. Contrariam opinionem sustinet Abbas hic in primo notabili, ubi dicit intellectum Hostiensis esse divinativum, quia textus nullibi facit mentionem de consuetudine; ideoque potius probat conclusionem ut Abbas habet jurisdictionem de Jure communi & sic prorogabilem per Clericos seculares; & merito quia Abbas prætest Collegio & habet in suos Monachos jurisdictionem ordinariam in causis tam civilibus quam criminalibus: non tantum per viam correctionis; sed etiam in forma Judicii: præterquam si agatur de actuali degradatione, secundum opinionem quam latissime tueretur Joannes de Lignano in Clementina *Ne in agro de statu Monachorum* & idem Abbas in cap. *Cum contingat supra eodem* num. 21. & sequentibus: præsertim num. 29. *versiculo Et in istis ego distinguo*. Quæ opinio hodie videtur ferè indubitabilis, quia regulares nec ratione delicti commissi nec contractibus initi nec rei sitæ in territorio Episcopi fortuntur forum illius, ut plenè probavi in cap. *Tuarum infra de privilegiis* a num. 10. usque in finem & præsertim a num. 32. usque ad num. 45. ubi hoc deduxi ex compluribus Tridentini Concilii Decretis. Quamobrem cum tota jurisdicção ordinaria sit penes Abbates & Prælatos Regulares in suos subditos: non videtur ambigendum, quominus illa sit prorogabilis etiam ad Clericos seculares, ut hic; & atque ita non obstat quod secundum Anchar. & alios præcætos, prorogatio non cadat: nisi super simili specie jurisdictionem. Quoniam responderetur, jurisdictionem Abbatis esse consimilem; cum sit ordinaria & contentiosa, ut prædixi. Et quamvis sit restricta ad Monachos & Conversos sui Monasterii: tamen hoc non impedit quin per viam prorogationis extendi possit ad Clericos tibi non subditos qui illius jurisdictioni se submittunt de consensu Episcopi Diocesani, ut hic patet & in lege 1. ibi: *judicandi potestatem inter certas habeat personas, cod. de jurisdictione omnium Judicum*; & notat glossa & Bartolus in lege 1. num. 8. ff. *de Judiciis* ubi per illam legem *secundum unam lectionem* dicunt jurisdictionem ejus qui prætest Collegio, esse prorogabilem; & sequitur hic Abbas num. 2. & Marianus Socinus num. 23. Nec adversatur autoritas Cuius in dicta lege 1. num. 2. *cod. de jurisdictione omnium Judicum*, quia loquitur in jurisdictione delegata que non est prorogabilis ad alias personas, cap. P. & G. *supra de Officio delegati*; & latius dicam infra num. 14.

Conclusio tamen Hostiensis, quod jurisdicção ordinaria competens alicui de consuetudine, vel alio jure speciali prorogari possit, est in se vera, licet non probetur hic: nam jura que loquuntur de prorogatione, non distinguunt, an jurisdicção competat de jure communi, vel de jure speciali, sed simpliciter requirunt, ut ille de cuius prorogatione agitur, jurisdictionem habeat, ut in l. 1. ff. *de Judic.* & hic Neque hanc conclusionem impugnatur Abb. ut per Marian. Socin. num. 23.

Secundò nota ex textu quatuor requisita ad hoc, ut Clericus possit prorogare jurisdictionem alterius judicis. Primò enim requiritur, ut prorogatio fiat de utriusque partis consensu, prout hic facta fuit à Clerico ad petitionem mercatoris, qui pecuniam illi mutuaverat. Concordat textus in cap. 1. in aliis verbis, *Quos utraque pars voluerit supra eodem*, & ibi dicit in ult. notab. Fallit in causa, ut dicam infra num. 25. Non tamen requiritur consensus expressus, sed sufficit tacitus, ut tenet Bart. in l. 1. in fin. ff. *de Judic.* ubi allegat Innocentium in cap. *Cum venisset*, num. 8. in verb. *Inhibitione de inter. resistit* qui tamen non firmat. Idem notat Decius in cap. *Passoralis* num. 11. de exceptionibus, quos refert & sequitur Rota apud Cardin. Seraphin. *decis.* 439. num. 3. Et est communis opinio, quam late persequitur & ab objectis tueretur Marian. Socin. hic in 6. princ. articulo num. 37. Adverte tamen, quia ex sola patientia procedendi tacitus consensus non inducitur, nec prorogatur jurisdicção, sed exigitur actus positivus.

Textus est in cap. *Ad petitionem infra de accusat.* imò nec comparatio cum taciturnitate inducit prorogationem judicis non fuit, ut tenet Joan. Andr. in reg. *Scienti de reg. jur. lib. 6. in Mercatoris*. Secus si citatus compareret, & responderet; quia cum sciat cum non esse suum Judicem competentem, ex hoc videtur in ipsum consentire & illius jurisdictionem prorogare, ut probat gloss. *supra* juncto text. in l. 1. in ver. *inchoata*, C. ubi de crim. agi oportet, & declarat Marianus Socin. loco citato.

Secundò requiritur, ut prorogatio fiat de Diocesani consensu, vel licentia, ut patet ex hac littera ibi & Episcopi Diocesani voluntas accedat. Neque hoc est jus novum, sed antiquum, ut in Auth. *Ut Clerici apud proprios Episcopos*. Si verb. *Ecclesiasticum* col. 6. In Auth. *de Jurisdict. Episcop.* §. *Ironomos* col. 9. & in l. *Episcopali Cod. de Episcop.* audien. & in cap. *Non liceat* 3. quest. 6. secundum Hostiens. hic num. 2. in ver. *Episcopi Diocesani* Et in hoc signa differentiam inter Laicos & Clericos: nam Laici possunt prorogare jurisdictionem judicis alieni absque consensu judicis proprii, ut patet ex textu ibi *privatorum consensu eum, qui jurisdictioni prætest dignoscitur, suum possit judicem constituere* & in l. 1. & in l. *Privatorum, Cod. de Jurisdict. omnium Jud.* hic allegat in glossa 1. Sed an hoc sit verum, indistinctè notat Bart. in l. 1. §. *Et post. operis*, ff. *de nov. oper. nunc.* Petrus de Anchar. in c. 1. n. 3. *supra eodem* & Felin. hic num. 1. 2. & 3. ad quos recurrit. In Clericis verbò exigitur Diocesani consensus, ut prædixi. Et est ratio differentie, secundum Hostiens. in *tertio*, quia Clericus est magis adstrictus ad obediendum, quam Laicus. Et quia spiritualis jurisdicção dignior & fortior, seu firmiter est, quam temporalis, cap. *Inter corporalia, de translat. Episcop.* De quibus tamen rationibus vide Felinum hic post Princip. *vers. Ratione differentie*. Sufficit autem simplex consensus Episcopi; nam formalis delegatio non exigitur, ut notat Innocent. in cap. 1. in fin. *supra eodem*.

Tertiò requiritur, ut prorogatio fiat in eum, qui alias jurisdictioni prætest: nam in privatum prorogatio fieri non potest, ut patet in textu ibi, *qui jurisdictioni prætest dignoscitur*, & in l. 1. ff. *de Judiciis* & in l. 1. C. *de Jurisdict. omnium Judicum*; & dic jurisdictioni, id est ordinariæ: nam jurisdicção delegata ad alias personas non est prorogabilis, ut cap. P. & G. *offic. deleg.* & notant hic Abb. Antiqu. num. 1. in verb. *jurisdictioni* & Host. num. 2. cum quibus ceteris transeunt & Cuius in d. l. 1. num. 2. *Cod. de Jurisdict. omnium Judic.* Licet secus sit in prorogatione, quæ fit de re ad rem secundum communem conclusionem, de qua testatur Cardin. Seraph. *decis.* 439. num. 1.

Quartò requiritur, ut prorogatio fiat in Judicem Ecclesiasticum, ut patet ibi *Nisi forte sit persona Ecclesiastica*: nam in Judicem laicum Clerici consentire, aut illius jurisdictionem prorogare nequeunt, etiam si Diocesani consensus & proprium juramentum intercedat, ut est textus in c. *si diligenti supra eodem* & notat gloss. 1. hic committere approbatur, nisi forte in causis mere civilibus, ut notat gloss. 2. in cap. *Decernimus supra de Judic.* & dixi in cap. *Nallas* n. *supra eodem*. Alia requisita ad prorogationem recentent hic Host. num. 1. Joan. Andr. num. 8. & plenius Marianus Socin. in 3. principali articulo a num. 37.

Quintò, quæ sint differentie inter prorogationem jurisdictionis & delegationem.

Respondet esse multas; Differentie enim primò, quia prorogatio fit à partibus, ut hic & in cap. 1. *supra eodem*, & l. 1. *cod. de Jurisdict. omni. Judic.* Delegatio verbò, seu commissio fit ab eo, qui jus dicit, seu jurisdictioni prætest, ut l. 1. & l. 3. ff. *de Jurisdict. omni. Judic.* cum simi. live sit Princeps, live Ordinarius, live Delegatus, cum distinctione tamen, quam ponit Host. in *summa de Offic. Deleg.* §. *Quis delegare possit*. Differentie secundò, quia prorogatio non confert jurisdictionem non habenti, sed prorogatur, seu extendit jurisdictionem judicis non sui ad personas prorogantes, quæ illi se voluntarie subijciunt, ut patet in textu ibi, *qui jurisdictioni prætest dignoscitur*, ut notat Abbas Antiqu. hic in ver. *Judicem*, & Abb. Siculus in cap. *Causam qua num. 2. de sent. & re Judic.* Delegatio verbò confert jurisdictionem etiam non habenti, ut cap. *Præterea supra de Offic. Deleg.* & cap. *Statutum de rescriptis* lib. 6. & hinc resultat tertia differentia, quia prorogatio in privatum fieri non potest, ut d. l. cum est supra in tertio requisito num. 14. Delegatio secus, ut in iuribus proximè citatis. Differentie quartò, quia prorogatio non potest fieri nisi utraque pars consentiat, ut dixi supra in primo requisito ad prorogationem num. 11. At commissio, seu delegatio non exigit consensum partium, sed Episcopus solus dat Judicem, ut cap. *Super questionem*, §. *Quem verò*, & §. *fin. de Offic. delegat.* & quod dicitur in cap. 1. *supra eodem*, ibi, *quos utraque pars voluerit*, vel intelligitur de prorogatione, vel si intelligatur de commissione, est de consilio ne Judex datus

possit recusari, sed tamen commissio valet etiam paribus non consentientibus, dummodo fiat salvo jure reculationis, ut ibi dixi in ultimo notabili, post Joan. Andr. in fin. & Butr. num. 6. ubi etiam ponit consuetudinem Romanæ Curie. Et hanc differentiam ponit hic Hostiens. num. 2. in ver. *Voluntas*, ubi ait Episcopum me invito posse causam meam delegare personæ Ecclesiasticæ non suspensæ, ut cap. *Si quis contra supra eodem* & cap. *Cum speciali infra de appellat.* sed me invitum non posse submittere jurisdictioni alicujus Ordinarii; sicut nec ego sine voluntate sua possum in alium Ordinarium consentire, ut patet hic. Et paulò infra dicit regulare esse, ut Prælati non possint subditum suum submittere alii invitum, nec subditus se submittere Prælati invito, allegat c. *Cum non liceat de rescriptis* & l. 1. *cod. de vocat.* & sequitur Joan. Andr. num. 11. & hinc oritur quintò differentia, quia quando aliqui prorogant jurisdictionem Judicis non sui presentis, & acceptantis, non habet locum potentia, neque hoc casus est locus, l. *si convenerit*, ff. *de Jurisdict. omni. Judic.* ut in cap. *Primò sup. de Judic.* locundum unam lectionem, quam ibi tenet Ant. de Butr. & est gloss. Ordin. in l. 1. in 1. gloss. ff. *de Judic.* Et hanc regulam ponunt Guil. de Guasco & Bald. in l. 1. C. *cod. tit.* undè eo casu Judex, nec potest à partibus recusari, ex quo in eum presentem & acceptantem consenserunt, nisi nova causa superveniat arg. cap. *Instante, de Offic. delegat.* sed Judex datus sine consensu partium bene potest recusari, cap. *Postremo* & cap. *Super questionem*, §. *fin. eodem tit.* & sententiæ in c. 1. *supra eodem*, Joan. Andr. in fin. & Butr. num. 6. dum consulunt, ut Judex detur Episcopo de partium consensu ad hoc ne possit recusari. Differentia sextò, quia à sententia Judicis ex prorogatione jurisdictionis appellatur ad superiorem ejus, qui judicavit, l. 1. *cod. ubi & ad quem*. Nec obstat textus in l. *Episcopale eod. de Episcopali audien.* Unde non appellatur à sententia Judicis ex prorogatione, quia ibi est speciale in Episcopo casus jurisdictioni à laicis prorogatur, secundum intellectum valde notabilem, quem ponit Abb. in d. cap. *Causam qua num. 2. vers. Adverte tamen ne decipiaris*, & Felin. num. 1. *de sent. & re Judic.* Sed à delegato appellatur ad ipsum delegantem, d. cap. *Super questionem* & l. *Papianus, C. de appell.* & notat Cardin. *conf.* 114. aliis 8. *eodem tit.* quam differentiam constituit hic Joan. Andr. num. 10. in fin. dicens: Aliud est delegare, aliud jurisdictionem prorogare. Unde in delegata appellatur ad delegantem, in ordinaria prorogata ad Superiorem. Differentie septimò, quia prorogatio à Clericis fieri non potest in Judicem laicum, etiam de consensu Episcopi, ut hic est textus in capite *si diligenti supra eod.* Sed delegatio à Papa fieri potest etiam in laicum, cap. *Mennam* 2. qu. 5. gloss. 2. in c. *Decernimus supra de Judic.* licet non ab Episcopo, ut hic in gloss. 2. & dixi in cap. *Nallas* num. 9. *supra eod.* post Hostiens. ibi num. 1. in ver. *Pontificis*, & Joan. Andr. num. 3. in *cod. ver.* nisi in causis mere civilibus, ut ibi subiunxi num. 10.

Secundò Quæro, An obstat Decretum Concilii cap. 20. *si quis*, quominus causa criminalis contra Clericum Episcopo subditi possit in prima instantia de Episcopi consensu ab Auditore Camere cognosci, & terminari.

Videtur diligendum. Aut reus consensit; & tunc nulla subest difficultas, quin Concilio obstante possit hujusmodi causa ab Auditore Camere cognosci: Certum est enim Clericum de Diocesani consensu posse Judicis Ecclesiastici non sui jurisdictionem prorogare, ut hic est casus secundum Joan. Andr. & omnes in summa hujus textus: & concordant jura supra citata num. 13. Quæ prorogatio cadit etiam in criminalibus, ut in l. 1. & ibi gloss. in ver. *Inchoata*. & DD. notant maxime Paul. de Cair. *cod. ubi de crim. agi oportet*. & tenet Butr. in l. 1. n. 9. ff. *de Judic.* ubi dicit hanc esse veritatem, & Marian. Socin. hic in §. *art. principal.* qu. 19. num. 36. & est communis Doctorum sententia teste Aretio in cap. *Ad petitionem* num. 15. *infra de accusat.* Id quod abique dubio locum habet, quando proceditur per viam libelli accusationis. Et in hoc conveniunt omnes. Quando autem proceditur per viam inquisitionis formatæ, multi tenent non esse locum prorogationi; quia prorogatio fieri debet de consensu utriusque partis, ut dictum est supra num. 11. In iudicio autem inquisitionis utraque pars non consentit: & hoc videtur tenere Innocentius in c. *Ad petitionem* num. 1. & firmat Bald. in d. l. 1. ad fin. C. *ubi de crim. agi oportet*. Alexand. *conf.* 216. *Ponderatis* hic num. 16. lib. 6. Sed contrarium concludit Aretius in c. 1. *supra de Judic.* ea ratione, quia ubi agitur de unius præjudicio, sufficit consensus illius, ut l. *Ne sententia*, ff. *de negot. gest.* Idem tenet Salyc. in d. l. 1. quos refert, & sequitur Felin. in cap. P. & G. num. 9. *supra de Offic. Delegat.* quod satis placet. Aut reus non consentit; & tunc quæstio est dubitabilis, in qua tamen videtur respondendum Concilio obstante, & causam ab Auditore Camere non posse cognosci. Cum enim hoc casu Auditor Camere non sit Judex competens; quia Concilium tribuit Ordinarii cognitionem causa-

rum primæ instantiæ privativè ad alios, cum loquatur per dictionem taxativam ibi, *coram locorum Ordinariis duntaxat*, &c. que admittit ceteris jurisdictionem, Angel. in l. 1. C. *ubi & apud quem*, Felinus in cap. *Passoralis* num. 2. in *tertia limitatione*, de *offic. Ordinari.* aperte constat ipsam Auditorem Camere, qui jure proprio hanc jurisdictionem non habet, non posse cognoscere, nisi per devolutionem, per delegationem, aut per prorogationem jurisdictionis, quorum nullum in hoc casu potest habere locum. Non de voluntu, quia illa requirit formam à Concilio præscriptam d. c. 20. §. *Legati quique*, scilicet ut Episcopus sit requisitus, & neglexerit procedere, quod in dubio non supponitur. Non delegatio, tum quia hic non probatur intervenisse, tum quia Episcopus non potest extra propriam Diocesim causas committere, nisi & litigantium consensus accedat, ut notat gloss. 2. & *penult. in cap. Ut litigantes, de offio. Ordinari.* lib. 6. quam ibi sequuntur Butr. num. 4. Anchar. num. 1. & alii communiter, Vant. de nullitate in tit. de nullit. *sent. ex defectu jurisdic. delegata* num. 95. dixi in cap. *Nulla* num. 3. *supra de rescriptis*, quod maxime procedit post Concilium Tridentinum, ut non subijciat non potest de hoc casu habere locum prorogatio; quia quemadmodum Clericus subditus Episcopi non potest hunc ejus consensum prorogare jurisdictionem judicis Ecclesiastici non sui ita nec Episcopus subditum Clericum subditum suum invitum subijcere in aliqua causa jurisdictioni alterius judicis Ecclesiastici, nisi subditus consentiat, ut cap. 1. *supra eodem* & hic, ubi sic firmat Hostiens. num. 2. in ver. *Voluntas*, cum quo Joan. Andr. num. 11. Henr. Boich. Butr. Cardin. & alii transeunt, late Marianus Socin. in *tertio principali articulo* in 7. qu. num. 41. & abundè ostensum est supra num. 11. ubi numerantur requisita, que conjunctim concurrere debent, ut valde prorogetur jurisdicção judicis incompetens in causa Clerici, inter que est consensus partium, & Episcopi Diocesani. Hoc autem præcipue vindicatur sibi locum post Decretum Concilii Tridentini in d. cap. 20. *si quis*. 24. de causis in prima instantia diffiniendis coram locorum Ordinariis, quod fuit editum non tantum in favorem eorumdem Ordinariis, sed etiam litigantium, qui ut à laboribus & expensis subleventur extra proprias Civitates, & Dioceses trahi non debent inviti, arg. d. c. *Ut litigantes, de offio. Ordinari.* lib. 6. & cap. *Statutum*, §. *Nulla quoque, de rescriptis* *eodem lib.* Quamobrem huic favori non potest solus Episcopus renouare causam in prima instantia extra Diocesim committendo, quia beneficio in favorem duorum indultu unus renunciare non potest, altero invito, sed requiritur utriusque consensus, textus est in cap. *Ad Apostolicam infra de regular.* ubi hanc theoriam tradit gloss. in ver. *Monasterii*, Host. num. 4. in fin. *vers. Sed & ex hoc*, & num. 8. Butr. num. 3. & Abbas num. 10. *Facit regula l. Sabini, ff. commun. dividun.* Undè jure optimo declaravit S. Congregatio Cardinalium episcopalem Concilii Interpretum in terminis d. cap. 20. non sufficere consensum solius Ordinarii, sed requiri etiam consensum partium, ut causa ad Ordinarium spectans in prima instantia coram alio judice extra Diocesim cognosci possit. Et quamvis hac decisio sit edita in causa civili; tamen obtinere debet etiam in causa criminali; tum quia Decretum illud loquitur de causis omnibus ad forum Ecclesiasticum quomodocumque pertinentibus; & sic etiam de criminalibus ut lapsus fuit resolutum tum quia in criminalibus eo magis necessarius debet esse consensus, quo gravior est causa criminalis, quam civilis, & majus præjudicium ex criminali, quam ex civili generari potest, ut notatur in l. fin. C. *de Ordinari.* Tum denique, quia auctoritates id probantes superius relate generaliter, & indistinctè loquuntur, & de causis etiam criminalibus probatur in cap. 1. *supra eodem*, ponderando verbum illud, *negotium*, cuius appellatione venit causa tam civilis, quam criminalis, ut ibi notat Innocent. & Abb. Antiqu. in princ. Host. in ver. *Negotium*, & Joan. Andr. num. 2. cum præsertim in prima compilatione Decretalium non habeatur verbum, *actio* sed *accusatio*, ut refertur ab Antonio Augustino in cap. 1. *hor tit.* & de prorogatione etiam in causis criminalibus tenet expresse Archid. post Hugon. in c. *Non liceat* num. 2. 3. qu. 7.

Non obstat, quod Concilium d. cap. 20. voluerit Legatos, & Nuncios posse procedere contra Clericum, Episcopum requisito, eoque negligente; paria autem esse videantur, vel Episcopum requisitum negligere, vel consentire, ut alius cognoscat: Respondetur enim Concilio id statuisse in causa negligentie tantum, à qua non rectè inferatur ad causam consensu Episcopi. Primò, quia ut inret devolutio, negligentiam debet precedere monitio, & requisitio, tum ex verbis Concilii, tum ex dispositione juris communis, cap. *Irrefragabili*, §. *Excessus supra de offio. Ordinari.* cap. 1. de *supplen. neglig. Prælator.* & cap. 1. *eodem tit.* lib. 6. ubi DD. que requisitio cum excuset Episcopum ad officium suum obediendum, merito si Episcopus negligat, in penam delicti habet locum devolutio, ut notat Franch. & alii in

d. c. 1. de suppl. neglig. Prælator. libro 6. Quæ ratio non cadit in Episcopo consentiente, qui non delinquit, idcirco non habet locum abdicatio jurisdictionis, nisi accedat subditi consensus, ut de jure requiritur. Secundo, quia negligentia requiritur tempus ad effectum devolutionis, eamque de jure communi debet precedere trina monitio, ut in iuribus proximè citatis, vel saltem unica monitio sufficit, si statim postea Episcopus denegat, se vellet procedere, ut per Franch. in d. c. 1. lib. 6. Ideoque non potest inferri ad simplicem consensum, qui cum in momento ab Episcopo præstari possit, non tantum debet operari, quantum negligentia in abdicanda jurisdictione ab Ordinario, & trahendo rerum coram alio iudice. Tertio ab eo casu negligentie non posse inferri ad causam consensum Episcopi, inde aperte colligitur, quod etiam de jure communi Metropolitanus, qui alias non erat iudex comprensus inter subditos suffraganeos in prima instantia, ut notatur in c. Pastorali de off. Ordin. in casu negligentie Episcopi vigore devolutionis causa inter eius subditos cognoscere poterat, ut per Felin. in d. c. 1. de suppl. neglig. Prælat. lib. 6. & tamen non poterat Archiepiscopus cognoscere causam in prima instantia inter eosdem subditos ex solo consensu Episcopi, nisi etiam subditi consensu.

sent, ut hic patet, & in c. 1. supra eodem cum concord. Quando retorqueretur id, quod adducitur de negligentia: nam sicut Concilium expellitur, ut licet Legatis & Nuntiis cognoscere Episcopo negligente, ita expellitur, ut cognoscere possit eo consentiente si voluisset: quod cum non fecerit, censetur immutare dispositionem juris communi, arg. cap. Ad audientiam, de decim. & cap. Inter corporalia, vers. Unde si circa translationem supra de translat. Episcop. & l. 1. unie. §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollent. Predicta optime procedunt in Clerico, de quo conceptum est dubium, sed si ageremus de Laico in causa spirituali ad forum Episcopi spectante, quæ non est nostra questio, gravior esset difficultas. Etiam enim Host. hic. n. 3. sentit Laicum in causa spirituali non posse prorogare jurisdictionem iudicis non sui, tamen contrarium sentit Innocent. in cap. De causis, de off. deleg. Abb. hic. num. 15. Narr. post Anton. de Butr. & alios. in cons. 413. nu. 6. Ideoque in hoc casu cessat difficultas prohibere prorogationis jurisdictionis supra considerata. Et quævis in terminis Concilii forte aliud dicendum videretur de cap. 20. loquatur de causis omnibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus: Id tamen dubium in præsentia omittimus, cum de eo non queratur.

DE FORO COMPETENTI.

Idem Gregorius IX.

CAPUT XIX.

Proposuisti nobis, quoddam subditus tuus ad petitionem cuiusdam adversarii sui, à te legitime citatus ad causam, quia postmodum jurisdictionis alterius esse credis, tuum intendit iudicium declinare. Porro tuæ prudentiæ dubium esse non credimus, quod is in prædicta causa jus revocandi forum non habet, quasi ab altero jam præventus.

SUMMARIUM.

1. Clericus ad causam, si postea mutat forum, in causa illa coram primo iudice respondere tenetur, & n. 25.
2. Citatio ut sit legitima, fieri debet ad instantiam partis.
3. Nisi iudex procedat ex officio.
4. Citatio debet fieri à iudice, seu de illius commissione, aliter non valet.
5. Citationis commissio est decretum interlocutorium.
6. Citatio realis requirit specialem iudicis commissionem, sed in personali sufficit generalis.
7. Citatio nulla ex defectu commissionis validatur per comparationem partis de hoc defectu non excipientis.
8. Per citationem frustratorium non prævenitur, nec peruenitur jurisdictioni.
9. Citatio ut sit legitima: non est necesse ut fiat verbis Edictis, sed sufficit unum peremptorium.
10. Citatio quævis sit: qui iudices possint citare & quomodo remissum.
11. Forum mutans ante citationem eximitur à jurisdictione primi iudicis, sed si non fiat mutatio, sed accumulatio.
12. Jurisdictio perpetuat per simplicem citationem iudicis, siue Ordinarii, siue Delegati.
13. Citatio est principium & fundamentum iudicii.
14. Citatio respectu contumacie habetur pro circumducta.
15. Et quid si contumax velit purgare moram solutis expensis & dato fideiussore de iudicio fisci.
16. Forum domicilii est mutabile.
17. Et quid in foro contractus.

Proposuisti. Si citatus ad causam postea mutat forum: in causa illa coram primo iudice respondere tenetur. Hoc dicit secundum Joannem Andream, Bellameram, Burrium, Cardinalem & Ancharum; vel melius secundum Abbatem, Marianum Socinum & Felinum: legitime citatus, tenetur coram iudice citante causam persequi: non obstante quod

18. Debitor si in loco sui domicilii necum contraxerit & postea etiam ante citationem aliò domiciliū transulerit: potero eum convenire in loco contractus.
19. Et an potero eum convenire in loco domicilii quod habebat tempore contractus celebrati extra locum domicilii.
20. Intellectus, lege 2. ff. de jurisdictione omnium iudicum.
21. Civitas aratum possit, desinit esse Civitas.
22. Uxor sortitur forum viri & in loco originis amplius convenire non potest.
23. Clericus potest conveniri in loco originis vel ubi contraxit ante Clericatum: sed non coram primo iudice.
24. Fori mutatio post citationem in quibus casibus non eximat à jurisdictione primi iudicis.
25. Clericus qui citatur coram Episcopo, postea de illius consensu ad aliam Diocesim se transiit: tenetur coram primo iudice causam persequi.
26. Clericus conjugatus non incedens in habitu & tonsura, conveniri non potest coram iudice Ecclesiastico: nisi ratione præventionis.
27. Clericus conjugatus habens requisita Constitutionis Bonifacii VIII. & Concilii Tridentini: an gaudeat privilegio fori in civilibus.
28. Exemptionis privilegium eximit universales à jurisdictione iudicis ordinarii: nisi privilegium sit præventum per actum citationis.
29. Privilegium superveniens ante actum consummatum, in futurum operatur effectum suum.
30. Declaratur num. 31.

post citationem mutaverit forum. Concordat lege Si quis postea unde hæc Decretalis sumpta est, ff. de iudicis: communis divisio, consultatio & responsio. Secunda ibi, Porro. Nota primò ex principio textus, duo substantia requisita citationis. Alterum est, ut fiat ad instantiam partis: ut innuunt illa verba: ad petitionem cuiusdam adversarii sui. Concordat textus

textus in lege Proposuisti, §. Et si quidem, cod. de iudicis; & hic notant Bartolus num. 2. & Anchar. in 1. notab. Abbas, num. 3. Marianus Socinus num. 2. & idem Bartolus in cap. 1. in 1. notab. supra de iudicis. Bartolus in lege Ad preperatorium num. 1. ff. de sol. Arctinus cons. 35. Causa talis est in fine: quod tamen declaratur secundum Abstem & Socinum; ut vendicet sibi locum, quando iudex procedit ad utilitatem privatum: quod casu non valet citatio, nisi fiat ad petitionem partis: ut notatur in cap. 1. de iudicis & per Bartolum in lege 4. §. Hoc autem iudicium num. 2. ff. de dona. inf. cl. Secus autem si procedat ex Officio, quia tunc iudex sustinet locum partis, ut notatur in cap. Quis sit & quomodo de accusat. & in cap. Ad nostram de iur. iur. & per Bartolum ubi supra. Alterum requisitum est, ut citatio fiat à iudice seu de illius Commissione, ut innuit littera ibi de te: aliter non valet, ut est textus in lege Neminem, ubi Cuius, Ba. volens & alii notant, cod. de exhibend. rei & in §. Quis dicitur ibi, iussu Magistratus & ibi Jalon. post alios, insit. de act. Rom. cons. 497. Dubitatur num. 8. versum Ego dico. Abbas hic num. 4. & est ratio quia commisso citationis est decretum quod iam interlocutorium, ut lege Omnia, §. Præterea, cod. de Episcopis & Clericis; & tradit Baldus cons. 63. Solus de subscriptione num. 2. versum Præterea nuntius l. 1. §. Lanfranc. de Oratio in cap. Quoniam contra in verbo Citationis & de probat. Marianus Socinus in tractatu de citat. art. 11. in fin. Vide tamen Paulum de Castro cons. 254. Super primo dubio col. 1. versum Primum quia lib. 2. ubi ait textum in dict. l. Neminem non loqui de citatione reali: quæ sit per capta aut personæ quæ requirit specialem commissionem secundum unum intellectum glossæ ibidem & Baldi. Sed personalis seu reali citatione & in causa civili ubi agitur de commodis pecuniariis partis: quando citationes fiunt per Nuncios confidens Curie, non est de more vel de consuetudine, ut de alia expressa commissione iudicis appareat, quia censetur habere generalem commissionem de citando quemcumque pars requirens voluerit: alleget Joann. Andr. hoc dicentem in d. cap. Quoniam contra in ver. Citationis. Unde sufficit, ut in actis reperiantur commissiones factæ per iudicem secundum Joann. Andr. ibidem. Et quævis hanc distinctionem impugnet Roman. d. cons. 1. ff. de off. Ego dico, ubi tenet in omni citatione requiri commissionem iudicis specialem per l. Cum Clerici, §. Memorati autem, ibi, sententiarum eorum auctoritate pulsan- tur, & d. l. Omnes, §. Præterea, cod. de Episcopis & Clericis. tamen respondetur in verbalis citatione sufficere citationem generalem, ut servatur ubique secundum eos, de quo dic generalis, ut per Marianum Socin. de citat. art. 11. Quid plenus sit, citatio aliis nulla ex defectu commissionis validatur per comparationem partis de hoc defectu non excipientis, l. 1. §. Sed si Prætor, juxta glossa in ver. Sententia, vers. Vel dici potest quod citatio prima non tenet, ff. de sen. & notat Ripa in cap. 1. num. 90. vers. limita tertio, de iudicis.

Secundo nota ibi, legitime, per frustrativam citationem non prævenitur, nec peruenitur jurisdictionem; prout a contrario sensu ex hac littera colligit Archid. in cap. Non ita num. 1. 2. q. 6. & Federic. de Sen. cons. 99. incipien. Quoniam num. 2. & Joann. Andr. hic num. 3. Ad idem cap. Bona ille secundum in fin. supra de elect. & sequuntur hic Colledar. num. 3. Bellam. in 1. notab. Butr. num. 11. Cardin. & Anchar. iterum in 2. notab. Abbas num. 6. & Marianus Socin. num. 4. Non tamen intellectus ad hoc ut citatio sit legitima, requirit ut fiat tribus edictis, vel uno peremptorio; sufficit enim unica citatio, secundum Guillelmum Nalon. quem refert & sequitur Archid. loco citato, & Joann. Andr. eodem post Joann. & Vincent. in c. Licet super prima glossa de Off. Deleg. Idem tenet glossa in Clem. 1. in ver. Citationis, de iudicis. Federic. de Sen. ubi supra, & consentiunt Butr. num. 11. vers. Dicit tamen, Cardin. & Anchar. ubi supra. Et quævis contrarium tenet Petrus de Samolone, tamen primam sequuntur communiter moderni, ut de suo tempore testatur Abb. num. 9. & Marianus Socin. num. 18. An autem citatio valeat sine terminis prævisione & quæ sit esse debet ad hoc, ut sit legitima, vide hic per Colledar. n. 4. & per Bellam. in 3. q. 1. num. 9. Item quævis sit citatio, qui iudex possint citare, & quomodo, per hanc magistraliter Henric. Boich. in princip. ad quem recurramus. Tertio nota ibi, citatur, argumentum optimum; quod per mutationem fori ante citationem & eam iam initiam eximitur quis à jurisdictione primi iudicis. Secus si fiat fori accumulatio, non substatio secundum Joann. Andr. hic num. 3. in ver. Alterius, & Bellam. num. 1. in eodem ver. Aliud enim est fori adjectionem, aliud mutatio, l. Seniores cod. de Senator. Secundum Henricum Boich. ad fin. Procedit ergo textus in fori mutatione, qui scilicet sit privatus, & per viam subreptionis, ut in laico ad Clericatum assumptum, qui per Clericatum eximitur, & subreptionis à quacumque jurisdictione iudicis secularis, c. Imp. 96. dist. 1. c. 2. & c. Fagnan. in 11. Lib. Decretal.

Si diligenti supra eodem cum finit. nisi fraudulentor, pura crimine perperato procuraret se Clericum fieri, ut penam evitaret. De quo per Archid. in cap. 2. 11. q. 1. c. Collat. hic in princip. Sed an hoc sit verum, latius dicemus in cap. unico in 3. questione supra, de obligat. ad rationem. Quando nota in eodem ver. Citatur, iuncto sine textu per simplicem actum citationis causam dici prævenitur, & perperari jurisdictionem iudicis citantis. Quod procedit live citatio emanaverit ad instantiam rei; si live actoris, ut sint ejusdem conditionis actor & reus, cap. 2. de mar. re. tit. & cap. Dissidia de rescript. lib. 6. secundum Card. hic num. 3. Item procedit tam in iudicio ordinario, ut hic, & l. Si quis postea, ff. de iudicis, quam in delegato, ut c. Gratum & cap. Licet supra de Off. deleg. & cap. fin. de Off. leg. & hic tenet glossa nostra, cum qua Federic. de Senis d. cons. 97. num. 3. Joann. Andr. hic num. 6. & alii transeunt. Ratio est, quia ubi capium est semel iudicium, ibi finem accipere debet, l. Ubi capium, ff. de iudicis & cum citatio, seu vocatio in ius sit fundamentum iudicii, & principium omnium actionum institendarum, §. uti. in princip. Insit. de pan. remer. litig. qui eum præoccupavit, totam causam & jurisdictionem præoccupasse, ac prævenisse videtur, ut hic: principium enim est potius in pars cuiusque rei, l. 1. ff. de orig. iur. & à primordio tituli potest or formatur eventus, l. Unica, cod. de inveni. Incur. de script. lib. 10. de qua vide plenè per Henricum Boich. in cap. Duam, ff. de primis de elect. Item per citationem negotiationum non dicitur amplius integrum, cap. Capitulum sancti Crucis supra de rescript. Re autem non integra non admittitur variatio, cap. Publicato, & cap. Cum inter, de elect. cap. Si compromissarius, eodem tit. lib. 6. cap. In litteris de Off. deleg. & l. Iudex ff. de re iudic. reg. Mutare de regul. iur. lib. 6. cap. Si res absenti, de probat. eodem lib. de Clem. Cum illis de renunc. Falit iurisdictionis conclusio si reus fuerit contumax, quia tunc non poterit allegare præventionem in iudicio actoris; & ita hunc textum limitat Butr. & Abb. in cap. Ex tenore, supra de rescript. & notat Butr. in l. Quomodo num. 8. ff. de dona. inf. cl. Et est ratio secundum eum, quia respectu contumacie citatio habetur pro circumducta, ut l. Et post edictum, ff. de iudicis. Quæ limitatio vendicat sibi locum, etiam contumax ad primam citationem velit purgare moram solutis expensis & dato fideiussore de iudicio fisci; quia hoc non prodest, actoris non consentiente, dummodo tamen ius actoris sit factum detentus; & hoc modo contrarias opiniones conciliat hic Felin. num. 2. vers. Limita istum textum.

Quinto nota ibi, jurisdictionis alterius esse caput, forum esse mutabilem. Sed dubitatur, an hoc sit verum in omni foro. Et quidem in foro domicilii procedit de plano, quia liberum est cuilibet sibi domicilium mutare, cap. fin. & ibi notat glossa in figuracione casus, infra de Paroch. l. Domicilium & l. Nihil est ff. ad municip. cum finit. & in hoc conveniunt omnes. At verò secus dicendum est in foro contractus, quia ille forus est immutabilis saltem hoc respectu, quod nequit hoc factum esse quod factum est, ut l. in bello §. Facta, ff. de captiv. & post. lim. reu. & est casus aperitissimus in l. 2. ff. de iur. dist. omnium iudic. per quem textum ita tenet Bart. in l. penul. num. 1. ff. eodem, & ante eum hoc voluit Specul. in tit. de compet. iudic. adit. §. 1. vers. Quid si debitor sub vers. Quadragesimo ad fin. & idcirco si debitor in loco sui domicilii mecum contraxerit & postea aliò domiciliū transiit, etiam ante citationem potero eum convenire in loco contractus, quia per mutationem fori domicilii non sequitur mutatio fori contractus, ut concludit ibi Specul. Quod Butr. hic num. dicit esse mirabile ad limitationem huius Decretalis: & sequitur Abb. n. 8. & Felin. n. 1. Pro quo facit etiam ratio naturalis: nam si debitor mecum contraxisset alibi, quum in loco domicilii, non esset dubium, quin possem illum convenire in loco contractus, & in loco domicilii; ut in cap. Dilecti supra cod. & l. 2. Ego fortius potero eum convenire quando exiit in loco sui domicilii: tunc enim concurrunt duo vincula & Et quævis unum desierit per domicilii translationem, non tamen desinit aliud, id est forus contractus, & sic saltem virtute alterius potero eum convenire arg. §. Affinitatis insit. de nupt. Sed major dubium est in casu sequenti. Tertius habens domicilium Perusini contraxit mecum Venetiis, & sic extra locum sui domicilii, quo tempore certum est, quod potero eum convenire utrobique, id est tam in loco contractus, quam domicilii, ut proximè conclusum est. Sed pone, quod postea ante citationem domicilium transiit Mediolanum: numquid potero illum convenire Perusini, ubi domicilium habebat tempore contractus, Bart. in d. l. 2. in princip. tenet affirmativè; & ponderat illam legem, quæ loquitur de domicilio, quod reus habet, vel habuit tempore contractus, & eum sequitur Imola hic n. 5. sed contra Bart. tenent Butr. n. 12. Abb. n. 8. v. Quin imò plus dicit, Bart. Arctin. n. 5.

de 6. Felin. 2.2. & Marian. Socin. in c. Licet in 10. art. princ. infra eodem. Movetur omnes per hanc Decretalem a contrario sensu; alias enim nimis restringeretur, cum loquatur indebitum per illa verba alterius jurisdictionis esse caput. Nec obstat textus in dicta lege 2. quia dum loquitur de domicilio quod reus habuit tempore contractus; intelligi debet de contractu ibidem celebrato. Neque hic intellectus, ut dicit Imola, est divinatorius; quia, ut responderet Arerinus: non est inconveniens, ut indebita illius legis determinetur per hoc capitulum; & ita illa lex loquitur in causa Speculatoris, de quo supra num. 8. prout illam intelligunt ibi Cius Salicus & Paulus de Castro; & hoc videtur fuisse mens Bartoli: licet loquatur nimis generaliter. Tantum enim dicit reum posse conveniri in loco ubi habebat domicilium tempore contractus: licet domicilium mutaverit; nec addidit, etiam ibi non contraxerit; sed alibi pro ut illi imponit Imola: unde illius dictum, quamvis generale, restringi debet ad casum contractus initii in loco domicilii: sicut restringitur reus non possit conveniri ubi contraxit; cum littera ibi tantum faciat mentionem de domicilio praesenti & de illo quod habebat tempore contractus; cum tamen foris contractus sit principaliter respectu conventionis. Item hoc esset reo admodum grave, quia conveniri posset in triplici foro: videlicet ubi contraxit, ubi nunc habet domicilium & ubi domicilium habuit tempore contractus. Ad idem propterea in praecedenti casu Speculatoris reus conveniri posset in loco domicilii ubi contraxit, quia ibi fornicabatur duplicem forum & ad remotionem unius non sequitur remotio alterius, ut praedixi. Sed in hoc posteriori casu in loco domicilii non habet nisi unicum forum, cum contractus non fuerit inibi celebratus: unde translatio domicilii nullus foris ibi remanet; & consequenter amplius ibi conveniri non potest: nisi praecedente citatio iuxta textum hic. Foris itidem originis immutabilis est, ut lege penultima & finali, cod. de municip. & originar. lib. 10. lege Fili, §. ultimo, ff. ad municip. al. lege Domicilium, ff. eodem & lege Seniores; & ibi glossa, ff. de Senatoribus. Fallit si Civitas passa sit aratrum, ff. de iurisdictione omium Judicum; & hic notant Bartolus num. 12. Abbas & Marianus Socinus ambo num. 7. Et ex his concludit hanc Decretalem habere locum duntaxat in subdito ratione domicilii qui desinit esse subditus & efficitur de iurisdictione alterius per translationem domicilii; non autem in subdito ratione contractus vel ratione originis propriae vel paternae. Quod tamen limitant Doctores, nisi praeter mutationem fori contingat etiam mutatio status personae, ut in laico effectus Clerico, quia tunc coram primo Iudice contractus vel originis conveniri non potest. Ita Jacob. Butrig. in lege Quisquis illa secunda, cod. de Episcopis & Clericis per illum textum cum ibi notatis, ubi nulla alia ratione Princeps laicus prohibetur fieri Clericus post finitum Officium ante redditam administrationem: nisi quia post Clericatum coram Iudice Ecclesiastico esset conveniendus; & sequitur Felinus post alios hic num. 1. Sed haec non est proprie limitatio ad regulam superius propositam, quia per mutationem status non mutatur forus; sed mutatur Iudex; nam laicus Bononiensis effectus Clericus poterit conveniri Bononiae sicut prius; sed non poterit amplius conveniri sub Iudice laico & sic habebit declarationem Iudicis, sed non fori. Ita singulariter declarat Baldus in Authentica Qua in Provincia num. 6. versiculo Quinto oppono, cod. Ubi de crimine agi oportet: dicens hoc esse valde notabile.

Ultimo nota ex textu mutationem fori post citationem non obstat, quominus citatus teneatur coram primo Iudice causam persequi, ut hic decidit & potest multipliciter poni casus secundum Hostiensium in principio. Joannem Andream num. 2. Colletar. in principio. Bellameram num. 1. Butrium num. 7. Abbate num. 13. & latissime persequitur Marianus Socinus in decimo quinto articulo principali a num. 45. Primum enim casus formati potest in laico qui conventus & citatus coram Iudice seculari postea factus est Clericus; non enim in causa illa potest declinare forum Iudicis laici: quemadmodum posset si causa in foro laico per citationem non esset preventa, ut cap. 1. & c. & cap. Si diligenti supra eodem. Sed an hoc sit verum & an vendicat sibi locum in causis tam civilibus quam criminalibus; & tam respectu executionis realis quam personalis: plene examino in cap. unico in 4. questione a num. 41. usque ad num. 77. supra de obligat. ad rationem. Secundo ponit casum in Clerico qui citatus coram Episcopo postea de illius consensu ad aliam Diocesim vel Ecclesiam se trans-

tulit, ut cap. Advocat supra de renuntiis. Quod intelligi quando erat subditus ratione domicilii vel Beneficii, secus si ratione originis; cum ille foris sit immutabilis, ut dicit supra num. 21. & declarat Abbas hic num. 13. versiculo Secundo Tertio ponitur casus in Clerico in minoribus Ordinibus constituto, qui post citationem Iudicis Ecclesiastici uxorem duxit; nam si habitum & tonsuram non deserat, perdit privilegium fori tam in civilibus quam in criminalibus, ut in cap. unico de Clericis conjugatis lib. 6. unde coram Ecclesiastico conveniri potest ratione praeventiois duntaxat, ut hic. Secus si incedat in habitum & tonsuram, quia tunc etiam cessante praeventioe: conveniendus erit coram Ecclesiastico, ut in dicto cap. unico: dummodo tamen hodie alicuius Ecclesiae servitio vel ministerio ab Episcopo deputatus, eidem Ecclesiae serviat vel ministeret, ut statuitur Decreto Concilii Tridentini in cap. 6. versiculo In Clericis vero conjugatis, sess. 23. In Civitatibus autem conveniendus erit coram Ecclesiastico, ratione praeventiois tantum iuxta textum hic, ut per Abbate num. 13. versiculo Tertio; sed cessante praeventioe Iudex laicus in civilibus poterit cognoscere & pronunciare: dummodo tamen ablineat ab omni personali distinctione, ut latissime consule Lapis allegatione 118. incipiente Quamvis non leviter. De communi Covarr. Pract. quast. cap. 31. num. 7. Quod procedat, etiam si talis Clericus habebat requirita Concilii Tridentini, ut jam pridem censuit Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpretans nam propositio dubio in causa Andriani, an Clericus conjugatus habens qualitates requisitas tam constitutione Bonifacii VIII. quae incipit Clerici qui cum niteat, quam Decreto Tridentini Concilii, cap. 6. sess. 23. gaudeat privilegio fori etiam in civilibus. Die 13. Februarii 1610. Sacra Congregatio cui interfuerunt S. R. E. Cardinalis Cameracensis, de Monte, Aquaviva, Platius, Mantica, Nazareth & Millinus, nemine discrepante, censuit huiusmodi Clericum conjugatum non gaudere privilegio fori in civilibus ubi de crimine non agitur. Ceterum Clericum talem non posse ob huiusmodi causas civiles personaliter distinguere aut in carcerem committi: nam etsi Lapis allegatio cui communiter adhererunt Domini, in subtiliori disputatione aliquid posset habere difficultatis: tutius tamen putarunt a recepta Doctorum sententia, in hac materia non recedere, quia tamen in nonnullis locis fertur vigere consuetudo quae Clerici huiusmodi etiam aliquibus qualitatibus requisitis carentes gaudent privilegio fori tam in civilibus quam in criminalibus: nihil vilius est decernendum aut edendum, nisi prius specialiter disputatione deliberetur; an huiusmodi consuetudo fatens Clericis conjugatis magis quam Constitutio Bonifacii & Concilium Tridentinum sit valida & observanda.

In casibus ergo supra dictis & aliis consimilibus legitime citatus coram primo Iudice non poterit illius jurisdictionem declinare, ex eo quod postea alterius fori esse coeperit, & ita hic est casus secundum omnes.

Nono, Exemptionis privilegium eximit universales a jurisdictione Iudicis ordinarii, cap. Frater noster & ibi glossa in ver. Aliquid 16. quast. 1. & cap. Cum capella infra de privileg. Item privilegium superveniens tollit vinculum obligationis jam contractae cap. Ex antiquis, cap. Fraternitatem & cap. Si servus 54. distincti. Ergo multo magis extinguere debet actum non consummatum, sed tantummodo initiatum per citationem: si enim solvit jam contractum, fortius impedit contrahendum. 1. Uranus, ff. de fide iussor. Praeterea quando actus non est momentaneus, sed habet tractum successivum, privilegium ante actum consummatum superveniens pro futuro tempore operatur effectum suum, ut leg. Fictus, ff. de iure iur. l. Cum quid, §. Fictus, ff. de iur. & l. Loque, Cod. de resit. in integr.

Solutio. Per actum citationis privilegium est praeventum & propterea non suffragatur, ut l. Tutor ff. de excus. tutor. secundum Hostiensium hic num. 2. Joan. Andr. num. 4. Bellam. in 4. notab. & Butr. num. 20. Vel secundum Ancharr. sub n. 5. contraria locum habent in re, sive divisibili, ut alia consideratio habeatur pro tempore praeterito & alia pro futuro. Hic autem agitur de actu indivisibili, quia instantia Iudicii non debet dividi; sed ibi finem accipere: ubi initium habuit: lege Ubi captum, ff. de iudiciis & Authentica Qui simul, Cod. quomodo. & quando. iud. & est ratio quia in iudicio quasi contrahitur, ut l. 3. §. Idem scribit, ff. de pecul. unde sicut ex contractu vero non potest alter ex contrahentibus rescire altero invito, ut l. Sicut, C. de action. & oblig. ita nec ab illo quasi contractu per citationem initiatum potest rescire se subtrahere per mutationem fori, ut hic. Generaliter autem an privilegium, vel jus superveniens liberet quem ab onere, anve proit quoad obligationes contractas, vel jura in iudicio deducta, distinguere ut hic plenè per eundem Ancharr. numer. 5. vers. Et tamen latius.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Gregorius IX. Abbati S. Joannis in Vineis.

CAPUT I.

Olim inter Episcopum Novientem ex parte una & Capitulum Ecclesiae sancti Quintini ex altera, super quibusdam injuriis, & excommunicationum sententiis, & quibusdam aliis articulis orta materia questionis: & infra. Iudices factis quibusdam positionibus & responsionibus ad easdem: auditis etiam quae partes voluerunt proponere coram eis: causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra praesentia constitutis, quamvis positiones & responsiones hinc inde super pluribus articulis factae fuerint coram iudicibus memoratis: quia tamen liti contestationem non invenimus esse factam, cum non per positiones, & responsiones ad eas, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam liti contestatio fiat, processum ipsorum, de fratrurn nostro consilio, irritum duximus nuntiandum.

SUMMARIUM.

1. Univerfitas, vel Collegium non potest excommunicari.
2. Excommunicatio lata in Capitulum, an teneat.
3. Liti contestatio fit per petitionem in iure propositam & per responsionem secutam.
4. Liti contestatio quid sit. Latè discutitur usque ad numer. 44.
5. Liti contestatio est fundamentum iudicii & liti exordium.
6. Liti nota non dicitur ante liti contestationem.
7. Instantia causarum ante liti contestationem non currit.
8. Principium est potissima pars cuiusque rei.
9. Liti contestatio est lapsus angularis iudicii.
10. Processus sine liti contestatione est irritus.
11. Sententia lite non contestata est ipso iure nulla.
12. Nec est exequenda, etiam si lapsa sit fatalia.
13. Liti contestatio non inducit per narrationem factam in libello sine petitione & conclusionem.
14. Nec per productionem actorum, si nulla appareat petitio.
15. Iudicium, petitione omisso, est nullum.
16. Actor admitti non debet ad litigandum, nisi libello in scriptis correcto & num. seqq.
17. Liti contestatio non fit extra iudicium.
18. Libellum non sufficit transmitti ad domum rei, nisi petitio posita in iudicio rejiciatur.
19. Arbitraria Edicta sunt ad instar iudiciorum.
20. Liti contestatio fit coram arbitris juris & habet omnes effectus contestationis verae, vel interpretativae.
21. Secus coram arbitratoribus.
22. Petitio sola liti contestationem non inducit, nisi sequatur responsio rei.
23. Liti contestatio non oritur, nisi responsio rei sit relativa ad libellum.
24. Et sufficit responsio juris.
25. Actio quid sit.
26. Liti contestatio an fiat si reus neget narrata, prout narratur esse vera.
27. Et quid si productis iuribus & parte citata rei procurator alleget generalia contra.
28. Et quid si reus respondeat, tu mentiris.
29. Exhereditatio valet, licet fiat verbis contumeliosis & turbulatis.
30. Liti contestatio an inducatur per confessionem rei.
31. Sententia definitiva non fertur si reus confiteatur ante oblatum libellum, sed sit ei praescriptum ut solvat infra certum tempus.
32. Confessio facta animo declinandi jurisdictionem, non inducit contestationem liti.
33. Secus si animo litigandi post oblatum libellum.
34. Liti contestatio mirabilis ex Hostiensibus.
35. Confessio rei in figura iudicii, an in dubio liti contestationem inducat.
36. Liti contestatio fit per responsionem datam ad libellum partim confitendo & partim negando.
37. Liti contestatio fit per responsionem rei datam ad libellum etiam adhuc obijcto & ex intervallo, nec verba sunt necessaria.
38. Et quid si actor post responsionem rei non compareat, nec prosequatur.
39. Liti contestatio dependet ab animo rei.
40. Nec inducitur, nisi responsio fiat proposita litigandi & num. seqq.
41. Contestari quid sit.
42. Contestandi animus praesumitur, ubi verba contestationis sunt apta, nisi contrarium appareat per praesentationem.
43. Verbo non praesumitur quis exprimere, quod mente non cogitavit.
44. Liti contestatio non inducitur per positiones & responsiones datas ad eas & num. seqq.
45. Ponens nihil petit, sed factum narrat.
46. Sententia debet esse conformis non positioni, sed petitioni.
47. Positiones fieri possunt etiam ante liti contestationem.
48. Liti contestatio an fiat per generalem positionem & responsionem rei.
49. Positiones cur in iudiciis introducatur & num. 50.
50. Positio generalis nunquam inducit contestationem liti, nisi positionem habeat admixtam.
51. Articuli conclusivi sunt loco libelli & per responsionem nem datam ad illos oritur liti contestatio.
52. Positionis definitio, quae sit de illius substantia latè discutitur in fin.
53. Definitio non est bona si conveniat aliis a definito.
54. Positiones in causa fieri possunt tam per actorem, quam per reum, & num. 89.
55. Definitio auctoris ponitur, & per partes explicatur, usque in fin.
56. Positiones in quo differant ab interrogatoriis.
57. Ponens, omnia quae ponit, disposuit intelligitur confiteri.
58. Actor sicut per responsionem rei, ita & reus per positionem actoris relevatur ab onere probandi.
59. Iudicium non debet claudicare, & num. seqq.
60. Interrogatoriis principale negotium tangentibus non cogitur pari respondere, nisi dentur dispositiva medio iuramento per modum positionum.